



**M. Ant. Mvreti Variarvm Lectionvm Libri XV**

**Muret, Marc-Antoine**

**Antverpiæ, M. D. LXXXVI.**

Cap. 14. Locus Virgilij expressus è Chœrillo.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70864](#)

Scholastæs ita exponit, τίς Σεία ἐστι τολετεῖ; Hoc  
qui non viderant, putarant aliquid deesse.

Locus Virgilij expressus è Chœrilo.

CAPUT XIX.

VIDE TVR Chœrilius non ita contemptus & ab-  
iectus poëta fuisse, vt eum haberi voluit Horatius  
quamquam & alij, quorum maior est auctoritas,  
male de eo multo ante Horatium senserant. Sed ta-  
men & hic versus ipsius:

Πέρις κοινωνίας πάρις ὑπάτη ἐρδελεχεῖν,  
multos magnosque imitatores habuit: & propè ausim  
dicere, locum quendam optimi maximi poëtarum  
Virgilij ex eo milii expressum atque effectum videri.  
Cum enim Chœrili versus quidam legantur, quibus  
queritur præcisa argumenta scribendorum poëma-  
tum à vetustis poëtis occupata iam esse: eadem etiam  
conquestio tertio libro Georgicon apud Virgilium  
legitur. Chœrili versus hi sunt:

Αἵ μάραγ, ὅσις ἔλυ νεῦρον Σείοντος αἰολῶν  
Μεράγων δεσμῶν, ὅτ' ἀκείχεται τὸ λιβύην λειμῶν.  
Νός δ' ὅτε πάρτα δέδουσαι, ἐχεστὶ τῆς πειρατα τέχναι,  
Ταῦται ωσε δρόμον καταλεπόμενος ἐδέ τοι ἔσαι  
Πάντη παπλαινούτα νεοζυγές ἄρμα πελάσαι.

Virgilij autem hi:  
Cetera, qua vacuas tenuissent carmina mentes,  
Omnia iam vulgata. Quis aut Eurystheia durum,  
Aut illaudati nescit Busiridis aras?  
Cui non dictus Hylas puer, aut Latonia Delos,  
Hippodamej, humeroq, Pelops insignis eburno  
Acer equis? tentanda via est, qua me quoq, possim  
Tollere humo, victorq, virum volitare per ora.

X 3

Illud

Muret  
Lectio 23

Illud certè, *Omnia iam vulgata*, prorsus comparūz-  
minum est illi, *Nuō d' öre τάντα δέδεσται*.

*Enēndata multa in oratione Ciceronis pro Archia.*

C A P V T X V .

**C**ICERO in oratione pro Archia cùm multi  
verbis doctrinæ studia commendasset, eaq; ma-  
gnam vim ad laudem atque virtutem habere diuina  
addit postea, etiamsi nihil ex eis aliud quām delectio-  
nē peteretur, nihil esse, quo quasi diuertere, & in qua  
honestiū ac liberaliū requiescere fessus grauiū re-  
gotiorum tractatione animus possit. In hac autem re  
explicanda verba ipsius hæc sunt: *Quod si non hic tam  
fructus ostenderetur: & si ex his studiis delectatio sola per-  
retur: tamen ut pōnor, hanc animaduersionem humanissi-  
mam ac liberalissimam iudicareis.* Sed cùm animadu-  
sionis nomen pro certo aliquo studiorū genere nul-  
quam neque apud Ciceronē, neq; apud ullum alium  
bonum Latinitatis auctorem legatur, Lazarum Bon-  
amicum aut, cùm eam orationē interpretaretur, non  
*animaduersionem*, sed *animi remissionem*, ibi legendū cen-  
suisse, qui mihi videtur, quod *animaduersionis* nomen  
ei loco non conuenire censuit, recte ac verē iudicasse  
sed in eo peccasse, quod à vetere scriptura nimis longē  
recessit. Ego cùm eam orationē abhinc triennium  
publicè in vrbe interpretarer, usus sum vetere libro  
Fuluij Vrsini, viri optimi, & hominis eruditissimi: quod  
in libro scriptum erat *animaduersionem*. Vnde ego una  
littera detracta scribendum centui, *animi auersionem*.  
Auertere enim animum aut cogitationem à re aliqua,  
sæpe ut notum est, Cicero dicit. Eodem in libro veterē  
aperte scriptum erat: *Hec studia adolescentiam agnō-*  
*non, ut vulgo, aliud. Ferri tamen potest, aliunt.* Sic enim  
alibi